

Textbeispiele

(aus: Christenson, D. M.: Plautus, Amphitruo, Cambridge 2000.)

(A) 373 - 385

SO. tuam fidem obsecro. ME. tun te audes Sosiam esse
dicere,
qui ego sum? SO. perii. ME. parum etiam, praeut futurum
est, praedicas.
quoius nunc es? SO. tuos, nam pugnisi usu fecisti tuom. 375
pro fidem, Thebani ciues! ME. etiam clamas, carnufex?
loquere, quid uenisti? SO. ut esset quem tu pugnisi caederes.
ME. cuius es? SO. Amphitruonis, inquam, Sosia. ME. ergo
istoc magis,
quia uaniloquus, uapulabis: ego sum, non tu, Sosia.
SO. (*aside*) ita di faciant, ut tu potius sis atque ego te ut
uerberem. 380
ME. etiam muttis? SO. iam tacebo. ME. quis tibi erust?
SO. quem tu uoles.
ME. quid igitur? qui nunc uocare? SO. nemo nisi quem
iusseris.
ME. Amphitruonis te esse aiebas Sosiam. SO. peccaueram,
nam Amphitruonis socium ne me esse uolui dicere.
ME. scibam equidem nullum esse nobis nisi me seruom
Sosiam. 385
fugit te ratio. SO. utinam istuc pugni fecissent tui.

(B) 402 - 409

ME. hic homo sanus non est. SO. quod mihi praedicas 400
uitium, id tibi est. 402
quid, malum, non sum ego seruus Amphitruonis Sosia, 403
qui cum Amphitruone hinc una ieram in exercitum? 401
nonne hac noctu nostra nauis <huc> ex portu Persico 404
uenit, quae me aduexit? nonne me huc erus misit meus? 405
nonne ego nunc sto ante aedis nostras? non mi est lanterna in
manu?
non loquor, non uigilo? nonne hic homo modo me pugnisi
contudit?
fecit hercle, nam etiam misero nunc <mihi> malae dolent.
quid igitur ego dubito, aut cur non intro eo in nostram
domum?

(C) 452 - 462

SO. nonne eras meae nuntiare quod erus meus iussit licet?
ME. tuae si quid uis nuntiare: hanc nostram adire non
sinam.
nam si me inritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.
SO. (*retreats*) abeo potius. (*to audience*) di immortales, obsecro
uostram fidem, 455
ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi ego formam perdidi?
an egomet me illic reliqui, si forte oblitus fui?
nam hicquidem omnem imaginem meam, quae antehac
fuerat, possidet.
uiuio fit quod numquam quisquam mortuo faciet mihi.
ibo ad portum atque haec uti sunt facta ero dicam meo; 460
nisi etiam is quoque me ignorabit: quod ille faxit Iuppiter,
ut ego hodie raso capite caluos capiam pilleum. (*exits*)